



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 6. Quomodo olim innocentia sit per ignes probata?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

contaminantur, maneat indefensi, Deus linguas infantium facit disertas; & vel ignibus illustrat Sanctorum suorum castitatem; quemadmodum olim calefactam Nessi sanguine vestem, venenumque æstu excitatum adhibuit in pœnam impuritatis. Sed apud primos Christianos v̄sitatissimum fuit, ut ignium lustratione crimina diluerentur,

§. VI.

Quomodo olim innocentia sit per ignes probata.

Certè apud Francos sæculo post Christum octavo, in more erat, ut innocentiam suam testaturi, ferrum candens manibus gestarent. Quod si non ladebantur, testimonium erat innocentia. Si verò ladebantur, signum erat, quòd rei essent. Solebat autem ferrum candens sic consecrari: Deus index iustus, qui autor es pacis, & indicas equitatem, te suppliciter rogamus, ut hoc ferrum ordinatum ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis, benedicere & sanctificare digneris: ita ut si innocens (de prænominata causa, unde purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus acceperit, illesus appareat: & si culpabilis atque reus, iustissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declaranda, quatenus iustitia non dominetur iniquitas, subdatur falsitas

Auentinus lib 4.
Annaliū
Boiorum.

falsitas equitati. Per Dominum nostrum, &c.
Atque hac tantum absfuit, ut impia indicaren-
tur, ut sanctissimi Pontifices, principes Christia-
nissimi, viri atque foemina sacrata istas purgan-
di ceremonias usurpârint. Solet tamen idem fa-
ctum diuersis etiam atatibus, hîc pietatis, alibi
erroris nomen accipere. Luithardus epistolarum
apud Carolum III. Imp. Magister à Suenorum
proceribus stupri insinuletus, quòd familiaris,
quàm domus Casarea maiestatis postularet, cum
Augusta uineret, dignitate motus, in Italiam
abit. Richarda Augusta, tam sinistro rumore
aspersa, candenti ferro crimen adulterij obiectum
diluit. Deinde haud umquam tactam se à Ca-
sare, nedum à quopiam alio mortalium vio-
latam esse persanctè deierat. Misso ac remisso
repudio, in Andalaui sacrarum foeminarum
edem, quam ipsa dedicauerat, petit, ibiq; obijt
& sepulta est. Hæc Auentinus.

§. VII.

Porphyria, & S. quidam Abbas ab infamia di-
uinitus liberati.

Indicant eundem lustrandi morem hi-
storici probatiores. Nam, ut de S. Kuni-
gunda Virgine, & Coniuge S. Henrici, per
ignitos vomeres probatissima innocentia,
taceam, toto orbe decantata, Leontius
certè

Cranzius
lib. 4. Sa-
xonix.
cap. 5. &
32. Leont.
in vita